



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.


Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.


Google™ books

<https://books.google.com>









337. n. 58.



PIETATE ET LABORE.

GRATVLATIO
COLLEGII GALLII
PATRVM SOMASCHENSIS CONGREGA.
Illmo ac Rmo
Lazaro Carrasino Nouo-Comen. Vrbsi
Anti Sibi.
Cum eandem in Vrbsm
exceptus est.

VNICIUS
ADAPTUS

VNICIUS
ADAPTUS





Ill.^{mo} ac Reu.^{mo}

FR. DESIDERIO SCALEÆ

S. R. E. CARD. DE CREMONA.

CONVICTORES, ET ALUMNI
COLLEGII GALLII F.



OPTIMI nostri Præfulis Lazari Carrasini inaugurationem auspiciatissimam, Collegium Gallium, ut summis votis expetijt, ita ea qua potuit gestientium animorum significatione excepit. Musæ protinus subitaneum afflarunt æstrum; carmina lusimus nonnulla, Illustrissimi viri laudes occinimus, virtutes animi, illo excitati expressimus, qui bonarum artium studijs, auspicio Somaschensis Congregationis Patrum adolescimus; non pari ingenij felicitate, ut adæquare potuerimus tanti Pastoris dignitatem; ardore tamen, & studio, quàmmaximo. Tibi vero Illustrissime Scalea Cardinalis Amplissime, collecta hæc pauca,

A 2 cum

eum encomio habito, nuncupamus, & deuouemus, ut quem tibi suffectum uoluiſti, ſcias à nobis coli, ea etiam de cauſa, quòd tibi noſtro Atlanti ſit Hercules, & quòd à te datum cognoſcamus. Unius nempe in ore ſpiras, & uiuis, qui impenſè Lazarum Carrafinum amas, & foues tuis officijs, & beneficijs; virum, quem probus quiſque, & ſapiens reueretur, uerentur cuncti. Excipe ea, qua ſoles humanitate, Iuuentutis tui addiſtiſſimæ, & deuotiſſimæ Muſas, & qua tibi ob temporis exiguam illam moram, quo tuo aſpectu recreati ſumus occinere non potuimus; in tui reſpenſa officioſè ſaltem agnoſcas amantiſſimo. Vale.



Ego

Ad eundem

ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM
CARDINALEM SCALEAM,

Nostra hac ætate hæreticorum malleum.



*VM SCALEA hæreseos prosternis,
magne, chelidros,*

Alcides cedit clauam, & Apollo faces.

Pestiferum ferro nempèadomat ille Pythona;

Hidra is septenum, proterit igne caput.

Vistua confecit multos praclara Pythonas,

Virtuti cessit, plurima, & Hidra tua.

Incerti Auctoris.



4
Ego Gaspar Trissinus C. R. Congregationis Somaſchæ, &
Confultor Congregationis Indicis Mediolani . Cum
Adm. R. P. Fr. Vinc. Aquenſ. Prouic. S. Offic. eiufd. Vr-
bis iuſſu , Opellam in Academico puluere proluſam , hæc
exornatam titulo . *Gratulatio Collegij Gallij PP. Somaſchenſis*
Congregationis , Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Laſaro Carrafino No-
uocomen. Urbis Antiſiſſi , cum eandem in Urbem exceptus eſt,
attentus recognouerim ; & nihil in ea, vel à Catholica Fide,
vel bonis moribus deuium inuenerim , imprimi poſſe iudi-
co . In quorum fidem me ſubſcripſi . Ex Collegio noſtro
S. Mariæ Secretæ ; ipſo ſancti clauis dominici feriarum die.
anni 1626.

Ego Gaspar Trissinus & cæt.

Viſa atteſtatione prædicta. Imprimatur.

Fr. Vinc. Aquenſ. Prouic. S. Officij Mediolani.

Hieronymus Septala Can. Ord. Pen. pro Illuſtriſſ. Card.
Archiep.


Vidit Saccus, pro Excell. Senatu.

Ill.^{mi} & Reu.^{mi}

LAZARI CARRAFINI
E P I S C O P I .

Laudatio.

*HABITA A LAVRENTIO MOLINARIO
Lecenensi , Collegij eiusdem Alumno .*



Plendidissima illa sydera, quæ in tuo genti-
licio stemmate, sicut veluti aere, nullis ob-
ducta nubibus flammescunt. Regalisque
Aquila regio diademate redimita, quæ
alis expansis locum etiam eminentiorem
syderibus præteruecta est, inexpectato prodigio me-
totum ad auspiciatum aduentum tuum celebrandum
acriter publicæ letitiæ significatione impellunt; ea-
dem verò, dum ingenij recolligo exiguitatem, & rei
magnitudinem, timoris freno retardant. Hinc videor
sternaci equo persimilis, qui eò habenis contractis se
reuocat, quò calcaribus admotis à sessorum ad cursum
incitatur. Sed enim mihi de humanitate tua polliceor;
ab auditoribus spondeo gratam futuram, quam totius
Collegij Gallij, Somaeschensium Patrum nomine, me-
ditor gratulationem. In qua tanti Præfulis in laudes
dum

dum excurro, Nouocomenses ciues, uestram gratula-
 bor felicitatem, qui eum Pastorem diuina munificen-
 tia obtinuistis, cuius uirtutes, animiq; dores infantif-
 simi Oratoris disertam, & ornatam efficerent Oratio-
 nem. Agite uero vndenam libet egredi? Primo in-
 titutu Aquila nobilitatis tuæ, tantorum virorum se-
 riem, & temporum spatium nunquam interruptum,
 aut ecclipsi aliqua dedecoris obscuratum, tam felici-
 ter decurrit, ut curiosiores oculi, & auitæ nobilitatis
 audiores in ipsa, ueluti clarissimo in sole, conque-
 scant. Satis superq; foret paucissimis uerbis asserere,
 familiam Carrasnam profapia Carrasiorum esse pro-
 paginem, quæ Parthenope nata, in Parthenopes
 sinu enutrita, tantopere Orbem terrarum suis pro-
 prijs luminibus collustrauit, ut merito iure omnia
 Carrasiorum germina conuenientius, quàm corona
 Ariadnæ à Baccho, uel crines Berenices à superstiosa
 gentilitate inter Cælorum sydera collocanda fuisse
 videatur. Et ne videar longissimè respicere spatium
 præteriti temporis. Quis neget sydus fulgentissimum
 Lazarum Carrasium (de illo Lazaro loquor, qui pri-
 mus omnium Neapoli discedens, arcem totius Insu-
 briæ Mediolanum uenit, & ob exiguam corporis sta-
 turam (ut sæpe fit) non amplius Carrasa, sed Carras-
 ius appellatus, huiusmodi cognomine totam suam
 posteritatem insigniuit) quis neget inquam sydus, &
 sydus luciferum? Si quemadmodum Phosphorus di-
 citur Solis prænunciatus, & portitor lucis, haud secus
 ille Ducis Mediolanensis renunciatus Armiger ipsum
 Philippum

Antonium Mariam Ducem, & solem verè, Heroum Principem in cunctis certaminibus anteibat? Quis Peregrinum tanti parentis præstantissimum filium, Philosophiæ laurea donatum, iuris prudentiæ insignibus illustrem, Protonotariû Apostolicum, & demum Cremonensis Episcopi generalem Vicarium, non stellam multis fulgoribus illustrissimam nûcupabit? cum in sacris literis illi, qui ad iustitiâ erudiunt multos, vt stellæ in perpetuas æternitates coruscare dicâtur? Quis Andronicum Canonistam eximium, vtriusque signaturæ Referèdarium, Prothonotariumq; de participantibus (vt vocant,) qui non exiguis, neque tenuibus sacerdotijs à Paulo III. Pont. Max. locupletatus, etiam iuris patronatus beneficijs suæ familiæ ad omne futurum tempus insignioribus virtutibus illuxit, stellam esse, seu ipso salutari sydere Iouis magis salutarem denegabit? Quis Bernardos, Hieronymos, Cæsares, & domi, & foris, in Italia, & in Belgio, pro patria, pro Rege in oppugnatores pacis, in religionis rebelles gloriosè dimicantes, & semper militarium dignitatum decore, imperioq; conspicuos, haud secus quàm Martis stellas non venerabitur? Quis Iulium Magistratus Placentiæ Quæstorem, Marium Iuriconsultorum Parmensium Collegam, Hortensium Philosophiæ custodem, & artis medicæ lumen, Ioannem Mariam Ciuitatis Cremonæ Decurionem, multiplici splendore, & publico commodo cum ipsis planetis clarioribus non fatebitur conferendos? Sed ne ego ineptus, qui cæli stellas enumero? Quamquam fuit ali-

B quid

quid necessariò dicendum. Auditores, vt illi qui antiquorum profapiam mire suspiciētes, maiorum imagines maximè conferre ad cōciliandam auctoritatem arbitrantur, tantorum syderum lumine recreati nostrum Præsulem incensas faces non vulgarium virtutum præferentem summopere hoc quoque nomine venerentur.

Cæterum stellæ in Gentilicio Lazari Carrafini stemmate infixæ, non tam sunt antiquissimæ stirpis amplissima symbola, quàm rerum ab ipso gestarum, & illustrium factorum præclarissima monumenta; quippe quæ non Cælorum stellas obscuriores, calamitatum indices, non Orionas, non Arcturum, non Hiades nõ Pleiades, sed clariores, sed salubriores emulantur. Non Orionem inquam in deuexa Cœli parte ante Tauri vestigia collocatum, qui vix exortus cœlo, stellarum fulgore hiemalis temporis ianitor, mare, & terram nimbis, & grandine verberat, & dilaniat. Namque Lazarus adhuc intra infantię limites annum vix nactus octauum, assidua quatuor annorum periodo ante vestigia parentis, tanquam tauri, eius conatibus reluctantis, prostratus, sacram prætextam, sæpe studio amicorum adhibito, sæpe consanguineorum interposita gratia postulauit, tandemque ab inuito parente, non alicuius ope, vel diligentia, sed vberimis lachrymarum imbribus expugnando, non obscura significatione portendit futurum, vt aliquando nubila populorū, & Christiani orbis tempestates serenaret. Nec vellem quis facile quasi ludicra, & humilia hæc

9
 à nobis de infantia Lazari commemorata, contem-
 nenda putaret, siquidem familiares, affines, consan-
 guineiq; adhuc superstites, tam admirabilem illam
 constantiam, in tam infantula ætate, diuturnamque
 tot annorum curriculo fortitudinem, non nisi diuini-
 tus ad maxima quæque impertitam omnium circun-
 stantiarum memores, huc vsq; non desinunt admira-
 ri. O lachrymas, vere iacula, quæ adamatinum paren-
 tis pectus perculerunt, ò ignitos globulos, ò fulgura,
 ò fontem illum cuius contactu faces incensæ extingue-
 bantur, inflammescerent extinctæ. Sed quid si dixerò
 Parètem in pauperes liberalem illis lachrymis veluti
 gemmis filio Clericalem habitum vendidisse? at quor-
 sum ego in publica gestientium animorum læticia la-
 crymas commemoro? Non sunt, non sunt vt ad ini-
 tium reuertar Lazari sydera, nimbosus Orion. Non
 Arcturus, post septentrionem, caudamq; maioris vr-
 sæ in signo Bootis positus, qui tam ortu, quam occasu
 turbines, procellas, grandines quasi hostes mortali-
 bus minitantur. Etenim Lazarus Carrafinus ex quo
 primam lucem hausit, ad hoc vsque tempus, non mi-
 nus prudentiæ, quam iustitiæ peritus, acer iuris disce-
 ptator, prouisorq; rerum, vbique locorum omnibus
 prodesse contendit, & pro Ecclesia Dei labores susci-
 piendo septentrionalem Vrsam Christi examina de-
 vastare anhelâtem, comprimere, & Plaustrum Bootis
 adiugum suauæ, & onus Christi leue reuocare cona-
 tus est. Non Hiades filiæ Atlantis in fronte tauri lo-
 catae, pluuiam indicentes in ortu, Lazarus scilicet

Carratinus in fronte totius orbis, hoc est in Vrbe; radijs suæ pietatis adeo pupillis, & viduis fauit, vt vsquequaq; lachrymarû imbres ab oppressorum oculis prohibuerit. Non Pleiades in Genu tauri circa Æquinoctium vernum exorientes, molestæ nautis; nouimus siquidem ipsum, suarum stellarum fulgoribus, omnibus non tam contendisse, quam attulisse faustitatem. Vos appello Melphieneses, quorum animos, & oculos habebat in se conuersos celebrate vos, qua ratione vestros animos ad fœda corporis oblectamenta non secus, ac sirenas, ac Phœacum delicias euitanda, permouit qua ratione, vt perfidiam fide, inuidiam beneuolentia, temeritatem prudētia vinceretis edocuit; efferte quoties suis illis stellis bonariam vobis attulerit, in perdifficili huius vitæ adnauigatione. Recensete quàm sæpe tenebras ignorantia expulerit, & animorû motus sedauerit, ventos diuerterit aduersitatum? Nunquam vero tot beneficia, vel simplici commemoratione recensebitis, quin multo plura, eaque maxima supersint prædicanda. Hic menti occurrit, haud oratione nostra alienum, quod identidem nauigantes in tempestate, & maritimis fluctibus experiuntur. Solut aliquando gubernator felicibus auris nauem à portu pretiosis onustam mercibus, & per longos tractus iam altum emensus, cum non amplius vllæ apparent terræ, sed *Cælum vndique, & vndique portus*, Ecce ex inopinato, subita, & formidolosa tempestas exoritur; Boreas, & Africus (sinite me depingere maris procellas perfurètes) ventorum agminibus vndas

das concitâtes immani murmure deba cchantur; Au-
ster, & Aquilo stridentibus procellis turbidos aqua-
rum globos excitantes insibilant. Totumque à sedi-
bus immis.

Vna Eurysque, notusque ruunt, creberque procellis

Africus, & vastos solvunt ad sidera fluctus.

Nubes impetu exagitata ventorum ipsam lucem via-
toribus invidentes, omnem Cæli faciem, importuna,
& cæca caligine obnubilant, omnes astrorum faces
obuelant, sic omnia tenebris noctis, naufragiorum ge-
mitibus, nautarum vocibus, vndarum fragoribus, na-
uigantium vociferationibus personant, & inhorre-
scunt. E Cælo fragor immensus; Ex abruptis nubi-
bus ignes multiplices à turbinibus remorum confra-
ctio, velorum discerptio; Navis denique tota rimis
fatiscens, & solutis laterum compagibus inimicum
imbrem, multiplici parte recipiens non nisi certum
naufragium, & ineluctabilem mortem denunciant,
sed ubi (ò Dei bonitatem prædicandam) vel geminæ,
vel triplices stellæ apparentes, in antennarum apice,
aut in malorum vertice consistunt; Resoluuntur è ve-
stigio nubila, pacantur fluctus, conticescunt venti,
effrenati vndarum ictus, vehemens aquarum commo-
tio, horrida navium exagitatio, iactatio incitata
tempestatum, procellarum impetus, turbinum mo-
tus evanescent, exoptata dies, & votis omnium
implorata serenitas illucescit, omnes procumben-
tes in genua iucundissimo stellarum aspectu recreati
D. Op. M. referunt gratias, & secundissimo deinde
cursu

cursu sedatis fluctibus, optatum in portum defferun-
 tur. Idem, idem prorsus omnino Melphiensibus acci-
 dit Auditores: Hi enim pluribus annis, vel modera-
 toris absentia, vel nescio quo alio infortuio in eam
 tempestatem inciderant, vt omnia pessum ire, eccle-
 siastica præfertim disciplina, quàm maxime deforma-
 ta videretur, cum opportunè, terna Lazari sydera
 iucundissima Melphiensibus illuxerunt, quæ in malo
 nauis vbi sunt visa, salutis spem pœnæ extinctam re-
 uocarunt, & ecclesiæ faciem optima disciplinæ con-
 formatione repararunt, & adeo repararunt, vt ciues
 publicè prædicarent nunquam Castorem, & Pollucem
 tam nautis exitisse iucundos, quàm Lazarum Carra-
 finum Ciuitati fructuosum; nō illos inter sydera à ve-
 teribus debuisse collocari, quin potiori iure Lazarus,
 & omine in suo gentilitio stemmate eadē ponere me-
 featur. Dignum sanè Lazaro Carrafino elogium Au-
 ditores si singula conferamus. Enim vero Castor, &
 pollux cum Iasone, ad aureum vellus consequendum
 in Colchos nauigarunt; Lazarus Carrafinus, ad præ-
 tiosæ sapientiæ, & immortalitatis vellera comparan-
 da varias Ciuitates, & regiones permeauit. Illi ea na-
 uigatione Bebriciorum littus appulsi Amicum Ne-
 ptuni filium omnes peregrinos interimentem oppres-
 serunt. Hic Melphiam ingressus scelestos homines pia
 quædam pauperum loca labefactantes effugauit. Illi,
 & cæstus certamina docuisse homines, & de eo, quod
 spectat ad venationem canes, & arcus inuenisse di-
 cuntur. Hic non ad venationem, sed ad Dei cultum
 pro-

promouendum ecclesiam cathedralem magna munificentia extractis arcibus exornauit . Concionatores, qui Canes à sanctis patribus vocantur, & Pastores animarum Melphienſi in ecclesia ſedula vigilantia, ac prudentia ſingulari aduocauit eos, qui doctrina, & pietate animas cęlo norunt comparere quamplures . Illi à ſigęo cum cęteris argonautis digreſſi, dum horrida tempeſtas imminēbat geminas flammās ſibi capitum verticibus aſſulgere conſpexerunt. Hic & tria ſydera in ſuis inſignibus contemplatur, & tres thiaras veluti ſydera Melphienſis, Rappolęſis, Comenſis Eccleſię capiti impoſitas videt irradiantes. Illi in ludis Olympijs ab Hercule aliquando inſtauratis cęſtibus, curſu, & arte pugilum victores euasere; Hic iniuncti ſibi officij ſtadium decucurrit ita glorioſe, vt & egregia cōtentione cum omnibus decerta-uerit, & magnos pro ſuis Eccleſijs ſuſceptos labores victor vbiq; exantlauerit . Illi deniq; quāplures conſceleratos homines de medio ſuſtulerūt, populos ſibi ſubaſtos inſigni clemētia gubernarūt maria à barbaris piratis, & nepharijs prædonibus liberarūt; Hic perditos homines ad meliorem frugem reduxit ſingulari animi moderatione ſubditam gentem in officio continuit, ſuas Eccleſias à nephariorum incurſionibus communiuit. Verum quid imprudens in hanc incidi comparationem . Ignosce Illuſtriſſime Præſul ſi humili adeo comparatione inſignes animi tui dotes exornauit . Longè magis ad viuum Diui Baſilij imaginem expreſſiſti illius inquam Baſilij, qui Orientalis Eccleſiæ
lumen

lumen inestinguibile , Orientalibus græcis vitæ , & doctrinæ integritate affulsit . Basilius (Aud) nobilis cappadox Athenis sæcularibus literis ; deinde in monasterio sacris mentem mirabilibus erudiuit ; Lazarus nobilis Cremonensis primo humaniores literas , & rethoricas , postea verò in monasterio Logicam ab Abbate S. Petri Lateranensis fuit edoctus , tum demum in Parmensi Collegio iuris Ciuilis , & Canonici cursum breui ingenij dexteritate peregit . Basilius ab Eusebio Cæsareæ Episcopo ad erudiendam eam Ciuitatem adiutor adhibitus , in eius locum non longo interuallo successit . Lazarus ab amplissimo Cardinali Cræmonæ ad intimam familiaritatem vocatus est , eius loco , & eius voluntate Episcopus Melphiensis subrogatus . Basilius ad prædicandum Christi Euangelium in Pontum accersitus , illius prouinciæ incolas per inuia , & auia corruptorum morum à Christianis ritibus deflecentes in æternæ salutis semitas reuocauit . Lazarus ad Melphiæ , & Rapollæ Ciuitatis munus Apostolica benedictione euocatus , ouiculas à recto bonorū morū tramite , hinc inde aberrantes , ad ouile Ecclesiasticę disciplinæ reduxit . Basilius adeo fuit libertatis , & veritatis catholicæ propugnator inuictus , vt Imperatoriam Maiestatem sibi hisce causis iratam impauide sustinuerit . Lazarus Ecclesiasticæ libertatis vindex eximius , Romæ , alijsq. Ciuitatibus non semel , neque ad exiguam memoriam , lingua , & calamo triumphauit . Basilius Monachorū amicus solitariæ , & actuosæ vitæ est sequutus rationem , Lazarus religiosarum familia-

rum,

rum, dicam Patronus, an Pater, quibus ipsorum commodis non prospexit? Basilius denique fabricas, & monasteria in pauperum, & Ciuitatis emolumenta construxit. Lazarus ad Ecclesiæ ornatum, & paupertatis subsidium varia ædificia nō minimis sumptibus perpoliuit. Quare ò Melphienses, cogor ad vos sæpe conuertere orationem Gaudetis ne in ara maxima exornanda cathedralis Ecclesiæ, in reficendis parietibus, in complanando Præsbyterio in exteriori eiusdem superficie lapidibus marmoreis condecoranda opes effusas? Effudit Lazarus. Gaudetis supremum Altare insignibus sanctorum pignoribus Roma delatis lararium verò varia suppellectili diuino cultui necessaria ditatum? Ditauit Lazarus. Gaudetis defuncto Episcopo Placido Dallamariæ peculiari sepulchro carenti, tam nobili Cenotaphio multis expensis extructo parentatum? Parentauit Lazarus. Gaudetis Ecclesiam Patruū Capuccinorū, sitam extra Ciuitatem ecclesiasticis ceremonijs, rituque solemni consecratam? Consecrauit Lazarus. Gaudetis publicum Xenodochium multo tempore, non vt hospitium infirmorum, sed diuersorum latronum frustra deploratum, vbi non vestiebantur Peregrini, sed spoliabantur domestici, non reficiebantur hospites, sed opprimebantur ciues, non erogabatur alimonia, sed obliguriebatur census, non confirmabatur sanitas, sed imminuebatur vita, tum demum eiectis hominibus profligatis restauratum? Restaurauit Lazarus. Gaudetis Hospitalis administrationem, in beneficium

C

pau-

pauperum infirmorum de sodalitatibus consilio religiosissimis fratribus Beati Ioannis Dei traditam? Tradidit Lazarus. Gaudetis ipsum Clericorum seminarium à 26. annis intermissum, & antea sæpe collapsum firmissimis redituum fundamētis, & pijs hominum elemosinis, quasi latis aggeribus corroboratum? Corroboravit Lazarus. Hic (Auditores) tam egregij facinoris, exornatione non nihil attentius consistite mecum. Non ne quemadmodum nauigia sine peritis nautis, sine anchoris, & rudentibus, licet constrata, & rostrata ad certum naufragium in vada, & scopulos defferuntur, ita Ecclesiæ, quantumuis præcipue, absq; ministris idoneis, absque scientiarum cognitione, & clericorum sanctitate maxime nutant? Non ne adolescentes, qui in sacris seminarijs aluntur, sunt nautæ, ad nauis curam, gubernationemque delecti? Non ne vocantur remiges, qui virtutum lacertis, & disciplinæ robore Ecclesiæ transtris confidentes, actionum sanctarum remis, velisq; pietatis ex hoc infido pelago, ad æternæ salutis portum expedita navigatione sibi commissas naues, & nauigantes exportant? Heu miseram Ciuitatem poterat ne nauis viduata remigibus, spoliata nauulo, comeatibus egens, procelloso exposita pelago, non pessimum sibi exitum collachrimari? O quâ opportunè, Præsul Illustrissime, propitio sydere in tot cimerijs tenebris, illuxisti; O quàm cōmodus, & optatus ipsorum in cōmodis occurristi; O quam pie, & humaniter, in squalore, & situ iacentes erexisti. Tu lectissimos adolescentes, & Alumnos bonæ indolis ad
 seminarium

seminarium constituendum elegisti. Tu viros patri-
 tios magnis pietatis facibus admotis, ad magnam
 vim auri, pro huiusmodi erectione erogadam inflam-
 masti. Tu adolescentes nonnullos ex Seminarij alum-
 nis, alternis annis cum Neapoli, tum Romæ libera-
 libus disciplinis instruendos, ibiq; Doctoratus laurea
 decorandos studuisti? Tu ecclesiasticis censibus qui-
 buscuque tua autoritate potuisti, erectum Semina-
 rium locupletasti. Tu deniq; ingenio illo perspicu-
 cissimo, ad omnia Reipublicæ commoda, & ornamen-
 ta paratissimo, consultissimè intelligens, sine optima
 educatione, probaq; disciplina, non benè communi
 utilitati adolescere iuventutem, Seminarij pubem
 Congregationis Somaschensis Patribus, doctrina &
 bonis moribus informandam commisisti. O Præsulem
 verè lumen Ecclesiæ, Prælatorum exemplar, sydus
 fulgentissimum sacerdotum. O vtinam ex ordine tuo
 quam plures semper adessent, qui pari contentione
 pietatis, laudabiles huiusmodi actiones sequerentur,
 vtique nunquam Christiana Respublica fœdis hære-
 ticorum vulneribus cruentaretur. Sed enim video
 dum hæc à me non exornantur, sed dicuntur, vos ad-
 mirari Auditores Lazarum Carrafinum, vt alios insti-
 tueret seipsum destituisse, vt aliorum cōmodis consu-
 leret, suorū cōmoda neglexisse, & vt alijs deseruisset, se
 ipsū deseruisse. Verū quid obsecrō, quid dicturi estis, si
 eundem multa de annuis suis redditibus, & ijs non ad-
 modum opulenti diminuisse narrabo, eo solum con-
 silio, vt nonnullis sacerdotijs Melphiensem ecclesiam

auget, & exornaret? Magnum sanè, magnum est
 Auditores. Præsulem ita temperanter viuere, vt nihil
 prorsus, quod superfluitatem oleat, & luxum, sibi con-
 cedat; sed maius, necessaria etiam sibi detrahere, pau-
 peribus elargiri. Admirabile est, Præsulem florentem
 ætate, ita continenter agere, vt genio nunquam suo,
 vel minimum velit indulgere: admirabilius totum in
 vigilijs, & laboribus insudare. Laudabile est sacerdo-
 tia, & census ecclesiasticos in commoda desponsæ sibi
 ecclesiæ, & ornamenta conferre; Laudabilius, nihil
 familiaribus, nihil affinibus, aut consanguineis im-
 pertiri. Ita sanè Episcopus noster, qui semper sum-
 ma quæq; & diuina suspexit, non tantummodo men-
 sam frugalem vsquequaque adhibuit, nullis sensuum
 lenocinijs est delinitus, totus vixit in laboribus, nulla
 affinibus, & consanguineis erogauit, obuiantia posuit
 medicamenta peccatis, manus ab auaritia mundas
 seruauit; verum suis annuis censibus aliqua ex parte,
 non sine dispendio, se abdicauit, & quatuor canonica-
 tus doctioribus seminarij alumnis post doctoratus
 lauream conferrendos, ad Cathedralis Ecclesiæ, & re-
 liquorum canonicorum splendorem instituit. Hic fiet
 satis querimonijs nonnullorum ex amicis, qui facti
 certiores Lazarum Carrasium amplam canonicatus
 Cremonensis dignitatem a Gregorio XV. Pont. Max.
 collatam resignasse, non poterant non dolere. Oina-
 nes hominum cogitationes. Illi canonicatum, assensu
 ipsius, alteri datum dolentes inuidebant, ipse nouis
 canonicatibus datis, illorum dolorem extinguit, &
 inuidiam.

inuidiam. Equum scilicet non erat, ut qui ad Ecclesiam huiusmodi dignitatibus illustranda à Deo electus fuerat, eandem dignitatem licet in patria multis deprecantibus inuideret. O virum magnanimum, & munificum. Iam vero Auditores ego sanè nescio an sexcētis ab hinc annis Ecclesia Melphiensis, & Rapolensis tot commoda, & instaurationes acceperit, quot perpauca mensibus lumine recreata Carrasini percepit. Illud equidem scio à 26. annis ex quibus Diocesana Synodus non fuerat conuocata tot vitiorum monstra, ac prauas morū corruptelas, irrepsisse, ut videretur non nisi maxima labes, disciplinæ Ecclesiasticæ pertimescenda. Nec tantum labes seculares inuaserat, quin ad Ecclesiasticos penetrasset, non tam in oues morbus inciderat, quin etiā custodes infecisset. Quam luctuosum videre iuuenes sacris initiatos calamistrata coma, compositis & delibutis capillis, oculis procaces, incessu molles, inertes, & segnes? Quam intolerabile diuino cultui mancipatos, tanquam milites baltheo præcinctos, manualibus tormentulis armatos, proiecta audacia, nocte, die per forum, & compita nulla habita ratione seularis, vel Ecclesiasticæ auctoritatis volitare. Quam dignum lachrymis, nullum in sacerdotibus vigere ecclesiasticam disciplinam, summam rerum sacrarum ignorationum nonnullorum conspiceret. Pudet recensere (Aud.) incommoda, quæ vniuersum illius Ecclesiæ statum, non mediocriter deformauerant. Quid hic ageret vigilantissimus Præsul? an tot corruptis Ecclesiasticorum moribus

bus

bus conueneret ? Non possunt oculatissimi Pastoris sydera in summo dignitatis vertice constituta non omnia intueri. An humanæ fragilitati condonaret? Maior hinc exhibita fuisset ansa peccandi. An cuncta susq; deq; euertet, & adacto ad radicem ferro infinitam peccantium syluam amputabit? Innata Pastoris prudentia prohibet. Quid igitur aget? quid molietur? rem præclarissimam, à nascentis Ecclesiæ incunabulis adinuentam, ab omnibus orthodoxis receptam, ab œcumenicis concilijs approbatã, à summis Romanis Pontificibus comprobata, & deniq; Tridentina renouatã Sinodo, tanquam præsentaneum, & vnicum antidotum aduersus omnium errorum venena. Concilium Diçcesanum coegit, Ecclesiasticos omnes conuocauit, tanquam Medicus (vt cum Chrysostomo loquar) primo ingressu statim de stomacho egrotantis interrogauit, apertas, & recrudescentes Ecclesiæ cicatrices detexit, varijs varia exhibuit medicamenta languoribus, bonorum operum exemplo, instando rationibus, arguendo minis, obsecrando precibus, increpando pennis, publicis sanctionibus dirigendo, sanctissimis decretis imperando, defluentes Ecclesiasticorù mores, quasi torrentes intra suas ripas, & alueos coercuit; pullulantes vepres, & spinas messem Ecclesiæ euertentes, radicitus extirpauit. Extinctas pietatis fauillas suo stellarum lumine accendit. Religiosę disciplinæ seueritatem collapsam restituit, antiquos germanæ Charitatis sensus hebescentes refocillauit; præclaram illam vetustæ probitatis faciem deformatam

in

in pristinum restituit decorē. In summa (quod optabat
 Diuus Hieronymus) etiam paruulos Babilonis ad pe-
 tram, in qua non reperiuntur vestigia serpentis elisit,
 & charitate non ficta, quæ est tessera Apostolicæ mi-
 litia, se verum Ducem tanquam Aaron à Deo voca-
 catum comprobauit; Et quoniam hiberno, & hyemali
 tempore stellæ cernuntur illustriores, quam æstiuo, sy-
 dera nostri Præfulis in illa frigidissima hyeme corru-
 ptorum morum, illustrius, quàm antea suarum virtu-
 tum luminibus radiarunt. Vox, latera, dies me defice-
 rēt, si Carrafini laudes vniuersas, si eiusdem stellarum,
 hoc est virtutum magnitudines, splendores, exortus,
 si influxus secundos, oratione prosequi me posse iudi-
 carem. Facile vincunt magnitudinem terræ (vt ait il-
 le) stellarum globi, & quod magnitudo penè incredi-
 bilis nostris corporeis oculis imminuatur, non offe-
 re dignitati stellarum, sed summā arguere distantiam,
 & nostri visus imbecillitatem proderet, certum est: No-
 uerat sanè quanti Lazari sydera essent facienda Ale-
 xander Marchio Mellilupus cubiculariorum Serenifs.
 Ducis Præpositus, qui ipsum Lazarum ad grauissima
 negotia pertractanda sæpius adhibuit, cum Parmæ lau-
 rea doctoratus gloriosissimè adepta in illa celeberrima,
 & florentissima vniuersitate publicè lectoris mu-
 nus obeundo legum anfractus iam multis ab hinc an-
 nis explanabat. Nouerat Serenifs. Raynutius Parmæ
 Dux, qui ipsius causa identidem Serenifs. interposuit
 auctoritatē. Nouerant amplissimi Cardinales S. Cæ-
 ciliæ, ac Melinus, præcipueq; Cardinalis de Cremona,
 qui

qui vix Cardinalis, renunciatus ipsum Lazarum proprijs cubicularijs præpositum renunciauit, in Conclauē, sede Pauli V. vacante, secum ingrediendum delegit, pro meritum Comitum, & equitis priuilegium studuit deferendum, & deniq; dignum, qui supponeret humeros grauiſſimæ prouinciæ ab ipſo depositæ iudicauerit.

Quamobrem iam intelligitis Nouocomenſes quo iure Collegium Gallium propriam, veſtramque grauletur ſelicitem, dum illuſtriſſima, & maxime veneranda Lazari Carrafini ſydera Comenſi Cælo conſpicitis illuxiſſe. Quid enim Cremonæ, Ortus, & Educatio, ſtudio & ingenium arguant, Parmæ ſcientiarum apparatus, Doctōratus inſignia ab ipſis Principibus honores exhibiti importent; Romæ immunitatis Eccleſiaſticæ propugnatio, Pupillorū, Viduarumq; patrociniū Purpuratorum Patrum de ipſo iudiciū innuant, Melphiæ ædificiorum labentium conſtructio Seminarij Episcopalis erectio, Canonicorum numerus auctus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ in priſtinum ſtatum reintegratio, Deniq; omne tempus ætatis ſupra ætatem palam ad omnia egregia facinora diuulgatum prænūcient; malo in opinione, iudicioq; veſtrum omnium relinquere, quam in Oratione mea ponere. Illud tantum vobis ante denuntio Lazarum Carrafinum, tanta religione, fide, integritate, conſtantia, dilectione hanc ſummam prouinciā ſibi commiſſam adminiſtraturum, vt tantum Patrem, & Paſtorem amatorem Diuini cultus, ſclerum oſorem, optimum Præſulem neminem pœniteat habuiſſe.

DIXI.

LAZARVS CARRAFINVS

23

NOTVS ORBI, NOTIOR VRBI.
DIGNITATE EPISCOPVS SACRA DIGNVS PVRPVRA
CREMONÆ HONESTISSIMO ORTVS GENERE

Incremento virtutis, honestavit Patriam, Parentavit vitijs.

Dum etate puer, animo senex.

Prudentissimus ingenio habitus

Habitu Clericalem emit carè,

Pretiosissimis lachrymarum gemmis.

Procedens etate, præcessit etatem.

Humanioribus literis humanior nil humanum respexit.

Nil diuinum despexit.

PARMÆ palmam, omnibus acceptus, Doctoratus accepit
Decoratus laurea, qui laurum ubiq; amavit, aurum nusquam adhamavit.

Iurisconsultus nil inconsultum gessit.

Respicens futura, prospexit præsentibus.

Sibi lex, legit leges, collegit famam,

Ceteris lex, laturus leges, expulsurus famem.

Enodando leges nodavit animos.

Charus Principibus Charitatem præcipuè coluit.

Caritatem maximè odit.

Cardinalis huic SCALEA scalas aptavit ad honores.

Qui Pedes comitatus in Conclauè,

EQVES, & COMES clauis habuit ECCLESIAE MELPHIENSIS.

Ex Præfecto Cubiculi celebris præfectus ECCLESIAE

OMNIA COELESTIA SIBI PROPOSUIT.

Depositum sibi traditum non traducturus.

In specula PRÆLATVRÆ, speculum se exhibuit PRÆLATORVM,

Specimen dedit Sanctitatis.

Prædecessori honoris CÆNOTAPHIVM, sibi pietatis erexit Monumentum.

Pijs manibus Cœmeterio benedixit, pijs manibus pauperi benefecit.

Vindex libertatis Ecclesiae; iura sua facta tecta seruauit.

Immobilitam precibus, quam pretijs.

Pius hospes Hospitium reuocauit ab hostibus, adiudicauit hospitibus.

GNARVS OPORTERE EPISCOPVM ESSE HOSPITALEM.

Nunquam vacuus curis, nunquam non vacauit Deo.

Vt alij vacarent à vitijs.

Sano consilio vocauit CONCILIVM DIOECESANVM.

Multa ædificia perfecit, plures abusus confecit,

Semen verbi Dei non semel fudit, SEMINARIVM Deo olim fundauit.

Alias CANONICATVM, mox alios CANONICOS renunciauit.

Maluit dare, quam accipere.

Detraxit suis redditibus, vt aliorum redditus augetet.

Nobiliore redderet dignitate.

Dedit pignora sacra Altaribus; Sacrario Ornamenta Altaris.

COELESTIVM AMATOR SCELESTVM VLTOR

PRÆMIA ET POENAS DISTRIBVIT.

Pater Pupillorum, Viduarum Patronus, Pauperum Præsidium.

Memor sui Muneris Munera recusauit.

Munificus in Omnes.

Regalius sensit addere quam adimere, ditare quam ditari.

Profundens diuitias vitia profligauit.

A Cœno Haræ ad Cœnam Aræ Gregem reduxit.

Suo officio nemini officiens, magis profuit, quam præfuit.

Cedens tempori discessit Melphia

Corpore, non animo.

Inuitus voluntate, necessitate victus.

AVFIDVS æque fleuit, ac fluxit

Consciens iacturæ, præsciens calamitatis;

NAM OCCASVS SYDERVM, ORTVM PROCELLÆ PORTENDIT.

Maior Hercule iterum maximi Atlantis subiuit grauiorem prouinciam

Non grauate.

Sydu virtutis, suis syderibus, COMO comam ornaturus.

Congratulare lector.

VTIQVE ERIT BEATA CHRISTIANA RESP. CVM TALES

EPISCOPI REGENT ECCLESIAS

AUT QVI REGVNT ECCLESIAS INCIPIENT TALES ESSE.

Ioannis Pet. Parauicini Bulienfis.

23

L A Z A R V S A D H V C P V E R V I

lacrymarum extorquet à parente habitum

Clericalem .

LAZARVS exoptat *sacram praeingere*
pallam,
Entheus ore puer supplicat inde
patrem .


Sit voti ut compos cœpit geminare querelas ,

At surda genitor excipit aure preces .

Quid faciat ? lacrymis oculi rorantur obortis ;

Vim lacryma discas , eliquat unda patrem .

Ioan. Petri Parauicini Bubiensis.



EIVSDEM ARGUMENTI.

A Genitore rogat cœlesti pectore *syrra*
Sacrum , sed duras audiit ille preces ;

Vt ventis immota manet Marpesta cautes ,

Sic immota iacent pectore corda patris .

Dum pueri rorant madidis pia lumina guttis ;

Ista velut magno turbine corda cadunt .

Hieronymi Capræ Mediolan.

D

CAR-

C A R D I N A L I S S C A L E A

ingressurus sacrum Conclauē adhibet sibi
Comitem Lazarum Carrafinum.

VT labyrinthos cognouit Scalea flexus,
Quos Conclauē tenet, quos quoq; Roma parat.
Lazarus ad fili instar me comitabitur intus,
Ingenio siquidem praeualet, arte potest.
Dixit, secreta, & secum in Conclauia duxit,
Virtute ad fili, Lazarus instar erat.
Fortis sic Egides filia secutus Aradne
Per caca implicitum tecta relegit iter,
Attamen hoc differt; Theseus, decepit Aradnem
Lazarus à Scalea munera summa tulit.

Brunori Petrae Papien. Comes.



EIVSDEM ARGUMENTI.

Quoslibet an sacri Patres haud posse doletis
Intra Conclauis ducere septa viros?
Scalea quos voluit sacra in Conclauia duxit,
Est vnus secum Lazarus: annè satis?
Fortes qui ducit, dicat se ducere mille;
Lazarus ingrediens millibus vnus erat.

Bartholomæi Pristinarij Salensis.
L A.

LAZARVS EGRESSVS E CONCLAVI
obtinuit Equitis, & Comitis priuilegium.

I Ntra te cta pedes, quid Eques regrederis inde?
 Ingressus socius, cur redis inde comes?
 Perbene cuncta cadunt: fit Eques, qui nescius
 .. unquam
 Principis à studio, retro referre pedes.
 Iure Comes fit, qui nunquam (pastore secuto)
 Virtutum meritis incomitatus abit.

Balthafaris Coquij Comen.



LAZARVS MELPHIÆ
elargitus est multa pauperibus.

A Vrea, quæ Hesperidum fulgebant poma
 viretis,
 Extincto Alcidis angue tulere manus.
 Ecce manus sapos effuso prasulis auro,
 Quam largè populis exhibuere cibos.

Caroli Iudicis Mediolan.

D 2

DE

DE SYDERIBVS STEMMATIS
LAZARI CARRAFINI.
Comensis Episcopi.

Iam terna aethereo produnt se sydera ab axe,
Et pandunt magnam lumine clara facem:
Indue iam, Comum, solitos Vrbs alma decores,
Aspirat fausto numine fausta dies
Iam clarus fulgor, iam lux faustissima fulget,
Lazarus enterno sydere Pastor adest.

Sebastiani Galli Comen.



EIVSDEM ARGVMENTI.

LAzarus in terna collucet lampade lampas,
Septena & maior fulgurat ille face,
Quin magis impertit rutilantior igne decores,
Quasq. refert lucis, luce redonat opes;
Stemmata gentili splendet sydere sydus,
Et magnis factis, & pietate micans.

Io. Baptistæ de Clericis Comen.

A D

27

AD COMVM DE SYDERIBVS
LAZARI CARRAFINI
sui Præsulis,

*S*ydere ni celso rutilent flammantia celo,
Et vaga nocturnos luna flagellet equos,
Aethera densatis obscurat nubibus horror,
Umbræq. nigrantis noctis obumbrat humum;
En qualis, Comum, fueras sine sydere; plaude,
Lazarus almus adest: num redit alma dies?

Francisci Venustæ Tiranen.



NOVOCOMVM AD LAZARVM
Carratinum Episcopum.


*L*Azare magne venis, veniunt mea gaudia
tecum,
Gratia conglomerat te veniente pedes.
Paustaq. adueniunt clara tua sydera luce,
Exoritur terna lampade fausta dies.
Religio adplaudit, Pietas, Astraq., Fidesq.
Est Charis aduentu reddita latatuo.

Io. Baptistæ Vertemæ Genuen.
DE

DE LAZARO CARRAFINO
Comensi Episcopo, & stemmate eiusdem.

D*um videt optati Comum pia Prasulis ora,
Et lucere sibi sydera terna face;
Iam sensit rediisse sibi vaga tempora veris,
Templaq. flammanti lucentere noua.*

Incerti auctoris.



LAZARVS CARRAFINVS
dum fugit honores Melphiensi. Ecclesie
præficitur.

I*nsequitur fugientem honor, & dat terga se-
quenti,
Et magis insequitur, quo magis ipse fugis.
Fit maior fugiens, factio hoc Carasine docebis
Fis Pastor fugiens, quod dat honore Canon.
Horrida persequeris fugientes bellua Nili,
Et te sectantes, sic Crocodile fugis.*

Caroli Mariæ Robecchi Mediolan.



LAZARVS

LAZARVS RECVSAT CANONICATVM,
 Cremonensem, Oblatum à Gregorio X V.
 mox Melphix quatuor Canonicatus
 erigit.

D *At magnos Pastor Carafino summus ho-
 nores*

Canonici oblatum negligit ille decus.


At dum pastoris capiti diadema refulget,

Non decus officij spernit, at instituit.

Quid velit hoc, disces, mentem si cernis; honoris

Non acceptator, sed dator esse cupit.

M. Antonij Guaschij Mediolan.



LAZARVS PARMÆ
 publicè leges explanauit.

P *Armensi explicuit leges Carafinus in vrbe
 Sacratas, populus audijt, & stupuit.*

*Qui stupor exciperet mentem, si Parma videres
 Fulmina vibrantem, summaq; iura dare?*

Pompei Cafati Comen.




MAR-

MARTHIO MELLILVPVS PRÆFECTVS
cubiculi Serenifs. Farnesij vtitur ad omnia
dum erat Parmæ Carrafino.

Condit apis dum grata suis libamina cellis,
Festinate lupus fertur in illa pede.
Mellilupus lupus est parnassi culmina oberrans,
Qui Carrasini viuida mella capit.
Talia si spectes animum tu examina cernes;
Nectareis cumulent quæ tua mella fauis.
Mella lupi tales acquirere talia querunt,
Nec querunt alios talia mella lupos.

Bartholomæi Odescalchi Comen.



MARTHIO MELLILVPVS SVMMOPERE
diligebat Lazarum Carrafinum.

Quid tu Mellilupo tanto dilectus amore?
Forte pares paribus quod bene conueniant?
Parmensis Ducis ille tenet penetralia primus,
Præfectus similis tuq; futurus eras
Hoc superas; regit ille Ducis secreta, locosq;
Mortales, templis tu Carasine præes.

Caroli Bertori Moduensis.


LAZARVS

31

LAZARVS XENODOCHIVM
ereptum à perditis hominibus instaurat.

PAstor ut in prauos iustas pronuntiat iras,
Pellit & hospitio flammifer ore malos,
Voce nihil maius, nihil est praestantius ore
Aurea vox populus clamitat urbe vagus.
Dumq; manus aperit, dūq; auri pōdera cōfert,
Pauperis hospitium quō reparare queat.
Quid manus redolet, mihi pangas ora; manus ve?
Namq; ego sum dubius, maior an ore manus?
Aurea magna licet vox, est manus aurea maior,
Aurea vox tantum, sed manus aurifera.

Diodori Campacij Comen.



LAZARVS CONSERVAT,
& deffendit libertatem Ecclesiasticam.

GRana quot incluso seruantur cortice mali,
Tot tu virtutis lumina Corde geris.
Ut sibi commissas praeseruant millia fruges,
Sictua casta fides seruat ab hoste pecus.

